

S. M. R. G.



EPOCA III.

LÚNES, 29 ABRIL DE 1912.

NÚM. 365.



# BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE MENORCA

**Sumario.**—Conclusión de la Constitución «Divino afflatu», pág. 73.—Circular interesante sobre matrimonios civiles, pág. 81.—Sentencia importante contra repartidores de hojas impías, pág. 82.—Nota bibliográfica, página, 83.—Crónica de la Diócesis, pág. 84.—Suscripción para el Dinero de San Pedro, pág. 87.

RUBRICAE  
IN RECITATIONE DIVINI OFFICII  
ET IN MISSARUM CELEBRATIONE  
SERVANDAE  
AD NORMAM CONSTITUTIONIS APOSTOLICAE  
«DIVINO AFFLATU»

(Conclusión)

TITULUS IV.

*De Festorum occurrentia perpetua eorumque repositione.*

1. Festa omnia ritus Duplicis sive maioris sive minoris, aut Semiduplicis, si perpetuo impediantur, reponuntur in primam diem liberam, iuxta Rubricas.

2. Festa Duplicia I et II classis perpetuo impedita reponuntur. tamquam in sedem propriam, in primam diem liberam ab alio Festo Duplicis I aut II classis, vel ab aliqua die Octava. vel ab Officiis huiusmodi Festa excludentibus, salvo privilegio Festivitati Purificationis B. M. V. concesso.

3. Dominicæ maiores excludunt assignationem perpetuam cuiusvis Festi Duplicis etiam I classis: Dominicæ vero maioris aut minoris, nisi sit Festum Domini. Festum SS. Nominis Mariae perpetuo assignatur diei duodecimae mensis Septembris.

4. Dies II Novembris excludit tam Festa occurrentia quae non sint Duplicia I classis, tum Festa perpetuo reponenda cuiusvis ritus.

## TITULUS V.

### *De concurrentia Festorum*

1. Dominicae maiores Vesperas habent integras in concurrentia cum quovis Festo, nisi sit ritus Duplicis I aut II classis: ideoque in primis Vesperis sumuntur Antiphonae cum Psalmis de Sabbato; in Advento tamen dicuntur Antiphonae de Laudibus Dominicae cum iisdem Psalmis de Sabbato.

2. Dominicae minores cedunt Vesperas, tum Duplicibus I aut II classis, tum omnibus Festis Domini tum diebus Octavis Festorum Domini: integras autem habent Vesperas in concursu cum aliis Festis, sumptis in I Vesperis Antiphonis et Psalmis de Sabbato.

3. Leges, quibus ordinantur Vesperae infra octavam Nativitatis Domini, immutatae manent.

## TITULUS VI.

### *De Commemorationibus.*

1. In Duplicibus I classis non fiat commemoratio de praecedenti, nisi fuerit aut Dominica quaevis, etiam per annum, aut Duplex I vel II classis, aut dies Octava alicuius Festi Domini primarii, aut dies infra Octavam privilegiatam, aut Feria maior. In occurrentia fiat tantum commemoratio de Dominica quacumque, de Octava privilegiata et de Feria maiori. De sequenti vero Officio (etiam ad

modum Simplicis redacto) fiat semper commemoratio, minime autem de die infra Octavam non privilegiatam aut de Simplici.

2. In Duplicibus II classis de praecedenti Officio semper fieri debet commemoratio, nisi fuerit de aliquo Festo Semiduplici, vel de die infra Octavam non privilegiatam. In occurrentia fit commemoratio de quavis Dominica, de quolibet Duplici vel Semiduplici ad modum Simplicis redacto, de Octava privilegiata, de Feria maiori, et de Vigilia: de Simplici vero fit tantum in Laudibus et in Missis privatis. De sequenti autem Officio quolibet, etiam Simplici vel ad modum Simplicis redacto, fit semper commemoratio, ac etiam de die infra Octavam, si in crastino Officium de ea agendum sit; et tunc cum Antiphona et Versiculo et I Vesperis Festi.

3. Licet Festa Domini eorumque Octavae privilegio gaudeant ut in occurrentia praevalent Dominicis minoribus, nihilominus, quando plures fieri debeant commemorationes (cauto quod in vesperis semper fiat prima commemoratio de Officio concurrenti, cuiusvis ritus et dignitatis), tam in Vesperis, quam in Laudibus et Missa hic ordo servetur: 1.<sup>o</sup> de Dominica qualibet; 2.<sup>o</sup> de die infra Octavam Epiphaniae aut corporis Christi; 3.<sup>o</sup> de die Octava; 4.<sup>o</sup> de Duplici maiore; 5.<sup>o</sup> de Duplici minori; 6.<sup>o</sup> de Semiduplici; 7.<sup>o</sup> de die infra Octavam communem; 8.<sup>o</sup> de Feria VI post Octavam Ascensionis; 9.<sup>o</sup> de Feria maiori; 10.<sup>o</sup> de Vigilia; 11.<sup>o</sup> de Simplici.

#### TITVLVS VII.

*De conclusione propria Hymnorum et Versu proprio ad Primam, de Suffragiis Sanctorum, de Precibus, de Symbolo Athanasiano et de tertia oratione in Missa.*

1. Quando eadem die occurrunt plura Officia, quae propriam habeant conclusionem Hymnorum vel proprium Versum ad primam, conclusio et Versus dicantur, quae propria sunt Officii, quod ea die recitatur.

2. Deinceps, quando facienda erunt Suffragia Sanctorum, unum tantum fiet Suffragium, iuxta formulam propositam in Ordinario novi Psalterii.

3. Symbolum Athanasianum additur ad Primam in

Festo SS. Trinitatis et in Dominicis tantummodo post Epiphaniam et post Pentecosten, quando de eis persolvendum est Officium salva exceptione, de qua n. sequenti.

4. Quando in Dominica fit commemoratio de aliquo Officio Duplici, vel de die Octava vel de die infra Octavam, omittuntur Suffragium, Preces, Symbolum *Quicumque* et tertia Oratio in Missa.

#### TITULUS VIII.

##### *De Officiis votivis deque aliis Officiis additiis.*

1. Cum per hanc novam Psalterii dispositionem causae cessaverint Indulti Generalis d. d. 5 Iulii 1883 pro Officiis votivis, haec ipsa Officia, et alia similia ex particularibus indultis concessa, tolluntur omnino et sublata declarantur.

1. Cessat pariter obligatio recitandi in Choro, diebus a Rubricis hucusque vigentibus praescriptis, Officium parvum B. Mariae Virginis, Officium Defunctorum, nec non Psalmos Graduales ac Paenitentiales. Capitula vero, quae ad ista Officia adnitiua ex peculiari constitutione aut legata tenentur, a Sancta Sede eorum commutationem impetrabunt.

3. In Festo S. Marci et in Triduo Rogationum integrum manet onus recitandi Litanias Sanctorum, etiam extra Chorum.

#### TITULUS IX.

##### *De Festis Dedicationis ac Tituli Ecclesiae et de Patronis*

1. Festum Dedicationis cuiuslibet Ecclesiae est semper primum, et Festum Domini.

2. Annivesarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis et Festum Titulare eiusdem celebranda sunt sub ritu Duplici I classis cum Octava per totam Diocesis ab universo Clero saeculari et etiam regulari Kalendarium Dioecesanum adhibente: a Regularibus vero utriusque sexus in eadem Dioecesi commorantibus ac proprium Kalendarium habentibus, pariter sub ritu duplici I classis, absque tamen Octava.

3. Quum Sacrosancta Lateranensis Archibasilica omnium Ecclesiarum Urbis et Orbis sit mater et caput, tum ipsius Dedicationis Annivesarium, tum Festum Transfi-

gurationis Domini, quod, praeter magnam Resurrectionis Dominae sollemnitatem, tamquam Titulare ab ipsa recoli solet, ab universo Clero tam saeculari quam regulari, etiam ab illis qui peculiarem ritum sequuntur, sub ritu Duplici II classis deinceps celebrabitur.

4. Festum Patroni principalis Oppidi, vel Civitatis, vel Dioecesis, vel Provinciae, vel Nationis, Clerus saecularis, et regularis ibi degens et Kalendarium Dioecesanum sequens sub ritu Duplici I classis cum Octava celebrabit: Regulares vero ibidem commorantes et Kalendarium proprium habentes, idem Festum, quamvis feriatum numquam fuerit, eodem ritu celebrabunt, absque tamen Octava.

#### TITULUS X.

##### *De Missis in Dominicis et Feriis deque Missis pro Defunctis.*

1. In Dominicis, etiam minoribus, quocumque Festum occurrat, dummodo non sit Festum Domini, vel eius dies Octava, aut Duplex I vel II classis, Missa semper dicenda erit de Dominica cum commemoratione Festi. Quod si Festum commemorandum sit Duplex, tum omittenda est III Oratio.

2. In Feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum, et in Vigiliis, si occurrat fieri Officium alicuius Festi Duplicis (non tamen I vel II classis) aut Semiduplicis, Missae privatae dici poterunt ad libitum, vel de Festo cum commemoratione ultimoque Evangelio Ferae aut Vigiliae, vel de Feria aut Vigilia cum commemoratione Festi: prohibentur tamen Missae votivae privatae, aut privatae pro Defunctis: quae item prohibentur in Feria, in qua anticipanda vel reponenda est Missa Dominae. In Quadragesima vero Missae privatae Defunctorum celebrari tantum poterunt prima die cuiuscumque hebdomadae libera in Kalendario Ecclesiae, in qua Missa celebratur.

3. Si alicubi aliquod Festum impeditum a Dominica minore, celebratur ex voto, vel cum populi concursu (cuius rei iudex erit Ordinarius), Missae de eodem festo impedito celebrari poterunt, dummodo una Missa de Dominica ne omittatur. Quoties extra ordinem Officii cantetur vel la-

gatur aliqua Missa, si facienda sit commemoratio aut Dominicae, aut Feriae, aut Vigiliae, semper de hisce etiam Evangelium in fine legatur.

4. Ad Missam Dominicae etiam minoris, cum commemoratione Festi Duplicis tum maioris tum minoris ac diei infra Octavam quomodolibet celebrandam, retinetur color proprius Dominicae, cum Praefatione SSmae. Trinitatis, nisi adsit propria Temporis, vel Octavae alicuius Festi Domini.

5. Leges pro Missis Defunctorum in cantu, immutatae manent. Missae vero lectae permittuntur in Duplicibus tantummodo in die obitus, aut pro die obitus, dummodo ne sit Festum de praecepto, aut Duplex I vel II classis, vel Feria excludens Duplicia I classis. Quoad vero Missas lectas Defunctorum dicendas diebus ritus Semiduplicis aut Simplicis, in posterum numquam celebrari poterunt in Feriis n. 2 enumeratis, salva tamen exceptione ibidem admissa. Licebit tamen in huiusmodi Missis de Feria orationem addi pro Defunctis, pro quibus Sacrificium applicatur, paenultimo loco, prout permittit Rubrica Missalis. Cum autem ut applicari possint Indulgentiae Altaris privilegiati, Missae Defunctorum debuerint hucusque in nigris celebrari, Summus Pontifex easdem indulgentias in posterum benigne concedit licet Missa dicatur de Feria, cum oratione pro Defunctis. In reliquis autem Feriis per annum n. 2 non exceptis, nec non in Semiduplicibus, infra Octavas non privilegiatas et in Simplicibus, Missae Defunctorum sicut et aliae Missae votivae dici poterunt iuxta Rubricas.

## TITULUS XI.

### *De Collectis in Missis.*

Quod ad Collectas ab Ordinariis locorum imperatas attinet, deinceps prohibentur (nisi sint pro re gravi praescriptae) non tantum in Vigiliis Nativitatis et Pentecostes et in Duplicibus I classis, sed etiam in Duplicibus II classis, in Dominicis Maioribus, infra Octavas privilegiatis, et quamdocumque in Missa dicendae sint plus quam tres Orationes a Rubrica eo die praescriptae.

TITULUS XII.

*De Missis Conventualibus.*

In Ecclesiis, in quibus adest obligatio Chori, una tantum Missa cum assistentia Choralium semper celebretur; et quidem de Officio diei, nisi aliter Rubricae disponant; aliae Missae, quae hucusque cum praedicta assistentia celebrabantur, in posterum extra Chorum leguntur, post propriam Horam Canonicam; excipiuntur tamen ab hac regula Missae in Litanis maioribus et minoribus, et Missae in Festo Nativitatis Domini. Excipiuntur pariter Missae in anniversariis Creationis et Coronationis Summi Pontificis, Electionis et Consecrationis seu Translationis Episcopi, nec non in anniversario ultimi Episcopi defuncti et omnium Episcoporum aut Canoniorum; omnesque Missae ex fundatione.

TITULUS XIII.

*De Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.*

1. In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum omissis Officio et Missa diei currentis, fit tantum Officium cum Missa pro Defunctis, prout in Appendice novi Psalterii praescribitur.

2. Si die 2 Novembris occurrat Dominica vel aliquod Duplex I classis, Commemoratio Defunctorum celebrabitur die proxime sequenti, similiter non impedita; in qua, si forte occurrat Duplex II classis, hoc transfertur iuxta regulam traditam Tit. III n. 3.

PRAESCRIPTIONES TEMPORARIAE

I.<sup>o</sup> Kalendaria uniuscuiusque Dioeceseos, aut Ordinis seu Congregationis Breviario Romano utentium, pro anno 1913, ad Regulas supra traditas omnino redigenda sunt.

II.<sup>o</sup> Diebus Dominicis, quibus in Calendariis proximi anni 1912 inscribuntur, sub ritu Duplici maiori vel minori, Festa Sanctorum, vel Angelorum, vel etiam B. Mariae Virginis, vel dies Octava, quae non sit Festorum Domini, tum Officium, in privata recitatione, tum Missae lectae erunt a reliatum vel prout notatur in Calendario anni 1912

vel de Dominica cum commemoratione duplicis maioris aut minoris. In Feriis quoque, de quibus Tit. X n. 2, Missae privatae celebrari poterunt, ut ibi adnotatur.

III.º Quod Tit. XIII harum rubricarum dispositum est quoad Commemorationem Omnium Fidelium Defunctorum inde ab anno 1912, in usum omnino deducendum est.

IV.º Usque dum nova correctio Breviarii et Missalis Romani, a Sanctissimo Domino Nastro decreta vulgetur:

a) Kalendaria perpetua Sacrae Rituum Congregationi reformanda et approbanda deferri non debent;

b) De Festorum augendo ritu, vel de Festis novis invenendis nulla fiat postulatio;

c) Festa particularia, sive B. Mariae Virginis, sive Sanctorum aut Beatorum, ritus Duplicis maioris aut minoris, Dominicis diebus assignata, locorum Ordinarii seu Superiores Regularium, aut in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa commemoranda praescribant; aut in aliam diem, validis S. R. C. oblatis argumentis, transferenda current; aut potius omittant

d) Nulla interim facta correctione Rubricarum, Regulae superius traditae in novis Breviariis et Missalibus post Rubricas Generales inserantur. omissis S. R. C. Decretis, quae hucusque in principio Breviarii inserta inveniuntur,

e) In futuris Breviarii editionibus mutantur, ob novam Psalterii reformationem, sequentes Antiphonae in Laudibus:

*In Dominica Sexagesimae.*

*Ant. 5. In excelsis \* laudate Deum.*

*In Dominica III Quadragesimae:*

*Ant. 3. Adhaesit anima mea \* post te, Deus meus.*

*In Dominica IV Quadragesimae:*

*Ant. 5. Mæ suscepit \* dextera tua, Domine.*

*In Feria IV maioris Hebdomadae:*

*Ant. 3. Tu autem, Domine, \* scis omne consilium eorum adversum ne in mortem.*

*Ant. 5. Fac, Domine, \* indicium iniuriam patientibus: et vias peccatorum disperde.*





## CIRCULAR INTERESANTE

---

Por creerlo de importancia, transcribimos á continuación el acuerdo tomado por la Excm. Audiencia de Albacete, en el expediente instruido á virtud de denuncia dada por este Provisorato, contra el señor juez municipal de Horcajo de Santiago, por haber éste autorizado un matrimonio civil sin que precediera la apostasia de ambos contrayentes; y encargamos á los señores curas párrocos y ecónomos que, cuando sepan se ha de verificar algún matrimonio civil, hagan que se cumpla con lo mandado en el artículo 42 del Código; ó, caso contrario, formulen la correspondiente denuncia:

«ULTMO, SEÑOR:

En el expediente incoado á virtud de oficio dirigido á esta Audiencia por V. S. I., con fecha 21 de Diciembre último, denunciando que, por el juez municipal de Horcajo de Santiago, se había procedido á la celebración de un matrimonio civil entre Eladio Leiva y Benita Mota, entendiéndose que el no haber hecho éstos manifestación de no profesar la fe católica, se ha cometido por el expresado Juez municipal una infracción de las disposiciones del Código civil, referentes al caso, la Sala de Gobierno de esta Audiencia, en sesión de 17 del actual, de conformidad con lo propuesto por el señor fiscal, acordó imponer al juez municipal de Horcajo de Santiago, la corrección disciplinaria de apercibimiento, por no haber elevado el expediente á la Fiscalía de la Audiencia Territorial, conforme á lo prevenido en el número 3.º de la Real orden de 28 de Febrero de 1907.

Lo que tengo el honor de poner en conocimiento de V. S. I. a los efectos consiguientes.

Dios guarde á V. S. I. muchos años. Albacete, 22 Febrero 1912.—FERMÍN SENANTES.—*Ultmo. Sr. Provisor y Vicario general del Obispado de Cuenca.*»

(Del Obispado de Cuenca.)

---

**SENTENCIA IMPORTANTE**  
**contra tres individuos que repartían unas**  
**“Hojitas llamadas pladosas de Nakens”**

---

En el mes de Marzo de 1911, tres individuos repartieron hojas impresas, denominadas de Nakens, en las puertas de las iglesias de Manresa á los fieles que salían de las mismas. A pesar de habérselo prohibido el Alcalde volvieron á repartirlas el día 25 de dicho mes á los fieles que salían de la Misa de once que todas las fiestas se celebran en la iglesia parroquial de la Seo de la referida ciudad, por cuyo motivo el Fiscal denunció el hecho al Juzgado municipal que de conformidad con la petición de aquel digno funcionario público condenó á los expresados individuos a la pena de multa de veinticinco pesetas por la falta de desobediencia á la Autoridad; y por la de ofender los sentimientos religiosos de las personas concurrentes á la iglesia de La Seo, á diez días de arresto y cincuenta pesetas de multa, y á las costas del juicio.

Interpuesta apelación ante el Juzgado de primera instancia fué confirmada la sentencia del Tribunal inferior en todas sus partes, como también lo ha sido por el Tribunal Supremo ante el cual fué interpuesto por los interesados recurso de casación por infracción de ley.

Á continuación insertamos la Sentencia dictada por el Tribunal Supremo, omitiendo los Resultandos de los cuales acabamos de dar un pequeño extracto:

**SENTENCIA**

Considerando; que por contener frases y conceptos que necesariamente habia de producir su lectura una ofensa a los sentimientos religiosos de los católicos, el Alcalde de Manresa prohibió entre otros á José Moliné que repartiera sus hojas en las inmediaciones de la Catedral; mas a pesar de ello, el recurrente las entregó á sus correos, para que al salir de Misa sus concurrentes, lo hicieran a su vez á éstos como así se efectuó; y afirmados esos hechos por la sentencia recurrida con inserción del texto de

las mismas, es incencuso que tales actos constituyen la faltas que definen y penan los artículos quinientos ochenta y seis, número primero, y quinientos ochenta y nueve número quinto, toda vez que dejando aquellos de cumplir las órdenes que les dió la autoridad y con conocimiento perfecto de que dichas hojas erau una crítica acerca de las doctrinas y Ministros de la religión católica, las entregan á los concurrentes á sus actos para ofender como lo hicieron los sentimientos religiosos.

Considerando; que al entenderlo también así el Juez de Manresa, no comete en su sentencia, cual se supone con error, las infracciones que se alegan en el recurso; y evidenciado como está que el recurrente fue el que proporcionó las hojas y el que indujo á los otros para su reparto, no cabe dudar que en su ejecución tienen la participación de autores como así se aprecia con acierto en aquella, haciéndose improcedente el recurso.

FALLAMOS: que debemos declarar y declaramos no haber lugar al interpuesto por José Moline Cuiell, á quien condenamos en las costas y á la pérdida del depósito constituido, al que se le dará la inversión correspondiente. Comuníquese esta resolución al Juez de Manresa á los efectos oportunos. Así por esta nuestra sentencia que se publicará en la Gaceta de Madrid é insertará en la colección legislativa, lo pronunciamos, mandamos y firmamos. Alvaro Landeiro.—Juan de D. Roldán.—M. López de Sá.—Nazarío Vázquez.—Ricardo J. Ortiz.—Félix de Aramburu.—Juan Fco. Ruiz.

*(Del B. O: del Obispado de Vich).*

---

## NOTA BIBLIOGRÁFICA

---

Merece ser recomendada la revista decenal intitulada «Biblioteca Parroquial» que dirigida y redactada por personas de gran competencia en materias eclesiásticas, va bien nutrida de doctrina y de textos bien convenientes para la resolución y despacho de los asuntos que á todo párroco se pueden ofrecer.

---

## CRÓNICA DE LA DIÓCESIS

---

Las hermosas y patéticas funciones sagradas de Semana Santa, celebradas en esta Catedral, como también en todas las iglesias parroquiales y de religiosas de esta diócesis, revistieron la solemnidad y esplendor habituales.

En la Santa Iglesia Catedral, el Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo, celebró de pontifical la solemne Misa del Jueves Santo, verificando la magestuosa ceremonia de la consagración de los Santos Oleos. Terminado el santo Sacrificio de la Misa, S. E. Ilma. llevó bajo palio, cuyas varas fueron sostenidas por el M. I. Ayuntamiento, la Sagrada Hostia al Monumento ó Sagrario. Bellísimo aspecto presentaba este año la capilla de dicho Sagrario, por la restauración y embellecimiento practicados en la misma.

En la tarde del mismo día, celebró también el Excmo. señor Obispo el tiernísimo acto del *Lavatorio* á doce pobres de esta ciudad, predicando hermoso sermón alusivo al acto el Rdo. P. Fr. Miguel de Barcelona, religioso Capuchino.

Las augustas y patéticas funciones del Viernes Santo, se celebraron asimismo con el magestuoso aparato litúrgico, correspondiente a las mismas.

Ofició el Excmo. Sr. Obispo, en todos los actos de este día, asistiendo también á la hermosa procesión del *Santo Entierro*, que resultó lucidísima. En ella figuraron además del Ilmo. Cabildo, Clero, M. I. Ayuntamiento, M. I. Teniente Coronel y señores Jefes de la Sección Topográfica de Menorca, fuerzas de Carabineros con su señor Jefe, numerosas representaciones de las Cofradías y asociaciones religiosas, existentes en esta ciudad.

El domingo de Pascua, conforme estaba oportunamente anunciado, el Excmo. Sr. Obispo celebró de Pontifical en la Catedral, bendiciendo despues de la Misa al pueblo en nombre de Su Santidad.

El lunes de Pascua, revistieron también los cultos sagrados en la Catedral grande solemnidad, asistiendo á ellos el

Excmo. Sr. Obispo, desde su silla coral, cantándose hermosa partitura á canto llano.

El domingo de Pascua predicó hermoso sermón el Muy I. Sr. Magistral, siendo el orador del lunes en la Misa mayor el Rdo. P. Fr. Miguel Arcangel de Barcelona, religioso Capuchino, quién se despidió de sus oyentes, dirigiéndoles muy elocuente y oportunísimo sermón, que fué muy digna coronamiento de su provechosa labor cuaresmal.

Consoladoras y satisfactorias son las noticias que se reciben de todos los pueblos de esta Diócesis, referentes al cumplimiento Pascual, como tambien a la concurrencia de fieles á la predicación cuaresmal y á las funciones de Semana Santa, habiéndose visto éstas realizadas con la presencia de las Autoridades locales.

En Mahón, celebráronse las memorables fiestas de Semana Santa, con gran solemnidad y extraordinaria concurrencia, asistiendo á los oficios del Juéves y Viérnes Santos y á las procesiones del mismo Viérnes y del cumplimiento Pascual de enfermos impedidos de Santa María, una Comisión del M. I. Ayuntamiento presidida por el Ilmo. Sr. Delegado del Gobierno y del M. I. Sr. Alcalde.

La piadosa función de las *Siete Palabras*, celebrada en la parroquia del Cármen, como cada año, fué lucidísima y muy concurrida, predicando el Padre Esteban de la Torre, Capuchino.

La procesión del *Via-Crucis* celebrada en la parroquia de San Francisco de Mahón, fué asimismo muy devota y sumamente concurrida.

En Alavor, revistieron gran solemnidad las sagradas funciones de Semana Santa, asistiendo á algunas de ellas el Muy I. Ayuntamiento. Los sermones cuaresmales se vieron siempre concurridísimos de fieles.

Poco más ó menos nos comunican de los restantes pueblos de la Diócesis, en cuanto á la concurrencia de fieles á los sermones cuaresmales y á la solemnidad de las fiestas de Semana Santa y al cumplimiento Pascual.

Todos los señores oradores cuaresmales, se han esforzado

en inculcar á los fieles las saludables verdades evangélicas, siendo dignos de especial mención y de gratitud los trabajos de celo y de gran anhelo por la salvación de las almas, realizados por los cinco Padres Capuchinos que han predicado en este año la Cuaresma en los pueblos de esta diócesis.

Consolador ha sido el ejemplo de religiosidad dado, en la próxima pasado Cuaresma, por el pueblo de S. Cristóbal. Se ha visto el Sagrado Templo atestado de feligreses, que en profundo recogimiento escuchaban la divina palabra, máxime en los sermones predicados por el celoso hijo de San Francisco, Rdo. P. Emilio de Vilader. Entre todos los actos es digno de mencionar el que se verificó el Domingo de Ramos, en cuyo día recorrió el pueblo fiel en masa las principales calles de la población, practicando el devotísimo ejercicio del Via-Cruis, que presidió al Rdo. P. Emilio, dirigiendo en cada una de las estaciones breve y conmovedora plática.

El P. Emilio dirigió, también, algunas interesantes pláticas a los niños que diariamente asistían a la Doctrina cristiana y a las Camareras de Jesús Saramentado, en el triduo que celebraron en la semana de Pasión.



## Suscripción para el Dinero de S. Pedro

	Ptas. Cénts.
Suma anterior . . . . .	2776'80
Excmo. Sr. Obispo por Octubre Noviembre y Diciembre	50'00
Muy Iltre. Sr. Arcipreste, por id. id. id . . . . .	9'00
" " " Arcediano, por id. id. id . . . . .	9'00
" " " Maestrescuela, por id. id. id . . . . .	9'00
" " " Serra, Canónigo por id. id. id . . . . .	6'00
" " " Doctoral, por id. id. id . . . . .	9'00
" " " Magistral, por id. id. id . . . . .	9'00
" " " Lectoral, por id. id. id. . . . .	9'00
" " " Penitenciario, por id. id. id . . . . .	9'00
" " " Dalmedo, Canónigo por id. id. id . . . . .	6'00
Sr. D. Miguel Pons Gorrias, Pbro. por id. id. id . . . . .	6'00
" " Jose Sintes, Pbro. por id. id. id . . . . .	6'00
" " Juan Barber, Pbro. por todo el año . . . . .	18'00
" " Jose Planells, Pbro . . . . .	6'00
" " Jaime Garriga, Párroco por todo el año . . . . .	12'00
" " Nicolas Villalonga, Ecónomo por id . . . . .	6'00
" " Juan Mercadal, Párroco por Julio hasta Diciembre . . . . .	6'00
" " Onofre Ligüercena, Pbro. por id . . . . .	3'00
" " José Juaneda, Pbro. por id . . . . .	3'00
" " Pedro Pons Bauzá, Párroco por id. . . . .	8'00
Fieles de la Parroquia de la Catedral, por id . . . . .	23'00
Sr. D. Lorenzo Salort, Pbro. por id . . . . .	5'00
" " Cristobal Febrer, Pbro. por todo el año . . . . .	12'00
" " Ambrosio Carabó, Cura Párroco de la iglesia de Santa Maria de Mahón por todo el año de 1911.	24'00
" " Francisco Sancho, Beneficiado por id. . . . .	6'00
" " Eduardo Turmo, Beneficiado por id . . . . .	12'00
" " Pedro Pons Olives, Beneficiado por id . . . . .	6'00
" " Narciso Panedas, Vicario por id. . . . .	6'00
" " Tomas Goñalons, Beneficiado por id . . . . .	6'00
" " Bartolomé Sintes, Beneficiado por id . . . . .	6'00
" " Pedro Rosselló, Vicario por id. . . . .	6'00
" " Gabriel Cardona, Beneficiado por id . . . . .	6'00
Suma y sigue. . . . .	3093'80

	Suma anterior. . . . .	3093'8 <sup>0</sup>
Sr. D. Miguel Pons Ginart, Vicario por id . . . . .		6'00
» » Julian Puig, Beneficiado por id . . . . .		6'00
» » Miguel Pons Seguí, Beneficiado por id . . . . .		6'00
» » Francisco Calafat, Beneficiado por id. . . . .		6'00
» » Domenico Bellísimo, por id. . . . .		5'00
Sra. D. <sup>a</sup> Francisca Martorell, por id . . . . .		10'00
» » Isabel Mascaró, por id. . . . .		1'20
Décimas de las colectas efectuadas por la sección de señoras del centro local del Apostolado de la Oración de esta Ciudad durante el año 1911. . . . .		18'20
Colecta del día de Pascua en la Sta. Iglesia Catedral . . . . .		8'35
» en San Francisco de Ciudadela . . . . .		1'60
» en Ntra. Sra. del Rosario de Ciudadela . . . . .		1'00
» en Sta. Maria de Mahón . . . . .		8'54
» en Ntra. Sra. del Carmen de Mahón . . . . .		15'00
» en San Francisco de Mahón . . . . .		3'80
» en Alayor . . . . .		20'32
» en San Clemente . . . . .		3'00
» en San Luis. . . . .		3'50
» en San Cristobal . . . . .		4'50
» en Villacarlos . . . . .		5'50
» en Fornells . . . . .		1'70
» en Mercadal. . . . .		4'55
» en Ferrerías. . . . .		6'64
	Suma. . . . .	3240'20

